UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Calendarivm Novum & Antiquum

Thomas <von Kempen>

Coloniae, 1651

XIX. Convivivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-55129

Visual Library

XVII.
CONVIVIVM.

Feſto Aſſúptionis B. M. Virginis

Prô dolor! quidam tepidi & diſſoluti moras confitendi libenter accipiunt, & communionem ſacram idcirco differre cupiunt, ne ad maiorem ſui cuſtodiam ſe dare teneantur. Heu quàm modicam charitatem, & debilem deuotionem habemus. cap. 10.

XVIII.
CONVIVIVM.

1. Dñica Septembris.

O mira circa nos tuæ pietatis dignatio, quá tu Domine Deus, creator & viuificator omnium ſpirituum ad pauperculam dignaris venire animã, & cum totâ diuinitate tuâ ac humanitate eius impinguare eſuriem. cap. 3.

XIX.
CONVIVIVM.

Die Natiuitatis B. M. Virginis.

Suſcipe me, Domine, cum hac ſancta oblatione tui preti-

oſi corporis, quam tibi hodie in præſentia Angelorum inuiſibiliter aſſiſtentium offero: vt ſit pro me & pro cuncto populo tuo in ſalutem.

cap. 9.

XX.

1. Dñica Octobris.

CONVIVIVM.

Cum quidam ſacræ communioni ſe aptare diſponunt, peiores Satanæ immiſſiones patiuntur: Ipſe enim nequam ſpiritus (vt in Iob ſcribitur) venit inter filios Dei.

cap. 10.

XXI.

Feſto omniũ Sanctorum.

CONVIVIVM.

Diligenter examina conſcientiam tuam, & pro poſſe tuo verâ contritione & humili confeſsione eam munda & clarifica, ita vt nil graue habeas aut ſcias, quod te remordeat, & liberum acceſſum impediat.

cap. 7.

XXII.

1. Dñica Nouēbris.

CONVIVIVM.

Domine, in ſimplicitate